Nobiles Martinum et Jacobum quondam Joannis de Niwino Lesne nomine suo
et Nobilis Stanislai et Joannis fratris sui germani in summa decem sexage-
narum solutis Coram actis huius feria sexta post Festum Visitationis Gloriosae Vir-
ginis Mariae in Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo tertio proxime transa-
ctis inscriptam et super se recognoscens post olim parentem suum legitime devolutam
Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis parata in eorum possessione tunc hinc eu[illegible]
ne ligamentis in originali inscriptione contentis demittit. Omneque et integrum iu-
ris suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie et ex integro trans-
fert et transfundit. Intuitum illi ex nunc acceptandam et admittendo.

## Eiusdem Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Casparo Capitaneo Branscensis personaliter comparens
Nobilis Anna filia olim Mathiae Niwinsky Consors Nobilis Thomae Tworkowsky
Cum eiusdem mariti sui olim tutoris coniugalis personali astantia et consensu praesentia
neo Sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Re
Nobili Martino olim Lucae Kamiensky et ipsius posteris Bonorum suorum
in haereditate Niwino Lesne sitis in campo tres sulcos a via antiqua ad Ryba
tendenti inter metas Stanislai Wyszkowsky et eiusdem Kamiensky iacentes. Cum
prato et omnibus utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis nullis ex-
ceptis perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit ac irrevocabiliter re-
signavit. Cuius iam ex nunc realem cum pacifica possessione per ministerialem et actes
duos officii acceptandam dat et admittit. Submittitque ac de bonis ge-
neraliter omnibus inscribit cum plena potentate praedictum donatorium suum sive
eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico qua-
rumlibet personarum propinquarum et remotarum utriusque sexus status
et conditionis cuiusvis tueri defendere evincere eliberare pacificare inter-
cedere pacificare solusque tam per se quam per quasvis submissas et sub-
ordinatas personas non inquietari sub damnis totius simpliciter taxa-
tis et edicendis Et coram officio praesenti in primo citandorum termino
peremptorie respondere pro damnis ac citatione omnimoda satisfactione. Omni-
bus controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus
vera vel simplici infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum qui-
busvis prosequutionibus praemissa evadendis iuris hi[illegible] et aliis in univer-
sum cunctis iuris remediis et defensis legalibus quibus impedimentis etiam
devine concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenuncian-
do sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae Causae.

## Malinowsky Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Casparo Capitaneo Branscensis persona-
liter comparens Nobilis Stanislaus olim Lucae Jedlebsky de Stryski
Sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobilem Joannem
olim Adami Malinowsky de solutione decem florenorum polonicorum debiti pro-
[illegible] interesse inscripti, ob satisfactionem sufficientem quietat emittit a-
[illegible] facit inscriptionem eiusmodi praeinterresse illius cassat perpetuo.